

In causa Nobilium Jac. von H.

Contra Ha. von Wa.

S U M M A R I A.

Expensas libenter compensarem. Obstat tam
men generalis regula, † l. properandum, § fin autem,
C. de iudic. c. finem litibus, de dolo & contum. Quia vi-
ctus vicit in expensas condemnatur. Item cul-
pa, † & scientia iustæ causæ litigandi; quam hoc
loco vicitus habere potest, ex sententia & re iudi-
cata, vt dictum. Ex quieta possessione, vel quasi,
libertatis aduersarii. Ex geminatis Cæsareis †
mandatis penalibus, ante litem coepitam, & aliis
actibus, præsertim protestatione Actorum, & do-
cumentis, tunc Reo exhibitis, vt per tradita Do-
ctorum in locis allegatis per Menoch. remed. 3.n.656.
& seqq. Si tamen compensationis iusta rationes
hoc casu adesse visum fuerit, quarum Lanfrancus
quasdam recenset, in praxi c. 11. de expens. n. 3. nec mihi id displicebit.

Ad penas mandatorum quod attinet, licet
per tradita Doctorum, in locis passim allegatis
per Menoch. remed. 3.n.603. vsque 663. non immer-
to dubitetur, quid statuendum: Placet tamen
Dominorum Referentum sententia, vt id silen-
tio prætereat.

Saluo.

Aliud, in eadem causa.

Ex argumentis, vt per Referentes, dicit, Zol-
neros ciues esse. Satis imprudenter ex quibus-
dam dictis testimoniis partialium & singulorum,
(vt alii) Iuris præsumptionem esse pro Reo, quæ
non est eligenda per Actores. Ideo absolvit Reum ex
Abschied An. 44. vult progredi in petitorio cum
Referente. Putat officium Iudicis, † præsertim
hoc iudicio, requirere, vt lis pœnatur: maximè cū
& possessoriū † cū petitorio liquida:ū decidi pos-
sit, c. cum dilectus c. cum Ecclesia Sutrina. c. cum super, de
caus. pos. & prop. ne nimurum † causæ continentia
distrahatur. l. nulli. vbi Iaf. n. 3. Cod. de iudic. Bartol. in l.
naturaliter. § nihil commune. n. 17. ad si. vbi Iason n. 180.
Ripa n. 81. de acquir. pos. Ferrar. inform. lib. de turbat. pos-
se. verb. ad cassandum. n. 8. præsertim si nulla (vt &
hic factum) de se, † petitorio non ingerendo aut
intromittendo, vt loquuntur, protestatio inter-
ponatur. Iaf. in d. §. nihil commune. Boer. decision. 238.
n. 5. ver. sc. & hoc cum protestatio. Vult clausulam re-
seruatoriam omittere. In reliquo, vt Referentes.

D. S. Petitionem libelli † inspiciendam, Iaf. §.
omnium. institut. de action. nu. 129. Dec. consil. 62. vol. 2.
Mysing. respons. 25. n. 2. Sed hic ita petitum: Ergo,
&c. l. vnic. C vti pos. l. 1. §. Interdictum ff. eod. Mys-
ing respons. 26. n. 1. Contard. in ampliat. n. 59. l. vnic. C.
si de moment. Hostiens. de caus. pos. & prop. n. 3.

D. L. Possessorio actum, Probatam nobilitatem, sed nō quoad Franconiae nobilitatem. Ideo
dicit, eam non probatam. Concludit cum Referentibus, compensatis expensis, & adiecta clausula
reservatoria priuilegiorū, vt Dominus Referens.

D. N. Concludit cum Q. in principali possel-
412 forio, &c. Et Reo demum † iniungendam par-
titionem Mandatorum, sub euentali solita.

D. C. Cum Referente.

D. S. Cum Correferente.

- 1 Actione reali, hoc casu, quare agi non possit. Nec actione personali num. 2.
- 3 Actio personalis contra successorem singularem, nullo modo locum habere potest. & num. 7. 22. Limitatur num. 23. Sed reali actione ad ipsa bona agitur. vt num. 24. & seqq.
- 4 Causa petendi, sine medium concludendi, in libellis exprimendum est.
- 5 Narratio, quæ non proportionatur conclusioni, viciat libellum.
- 6 Iudicis officium non presupponit obligationem.
- 8 Libellus regulariter inceptus dicitur, quando ex eo non concludetur ius agendi.
- 9 Sententia super inepto libello lata, est ipso iure nulla etiam parte non opponente: Nec Index appellatio-
nū tamē sententiā reformare potest, sed necessa-
riō super nullitate pronunciare debet. num. 10.
- 11 Officium iudicis est latissimum, competitque ex mera
equitate, vbi obligatio deficit.
- 12 Probatio vltior quare hic iniungend. non sit.
- 13 Is, cui per divisionem res vel bona obuenierunt, debitum
hoc, sive annuam pensionem, eius nomine Actori
dia quadam pensio per N. arrest. ita est, solus exolue
re tenetur, neque illud in damnum cohæredis sui,
vel denegare vel differre potest.
- 14 Actio personalis vt puta, Condictio ob causam,
causa non secuta, vel condicō ex l. 2. C. de rescind.
vendit. danda erit cohæredi Actori, contra alterum
heredem, in mora existentem, vel renuentem. &
numero 15. Ratiō eius numero 16.
- 16 Divisione bonorum vel rerum, est instar emptionis, &
permutatio quedam, h. abetque vim transactionis:
Vnde prescriptis verbis Actio competere potest, ex
Theilzettel, tanquam ex contractu innominato.
num. 17.
- 18 Emptor rei obligatus, in pari quodammodo condicione,
cum suo authore, sive venditore censi debet.
- 19 Successor singularis, vbi constat rem vel fundum cer-
to onere esse obligatum, etiam conueniri potest. Cum
res transcat cum suo onere.
- 20 Emptor fundi, quod non teneatur ex personali obliga-
tione, ad prestationem frumenti, quando hoc pro-
cedit.
- 21 Pensio si super aliquo fundo constituitur, tunc fundus
dicitur obligatus, & ad quemcunque fundus tran-
sit, & onus.
- 22 Actio personalis in rem scripta, transit etiam in sin-
gularem eius, cui competit.
- 23 Actiones in rem scripta & que, & n. 31.
- 24 Indicium officium in rem scriptum est, quoties aequitas
dictat, vt detur in successorem.
- 25 Successor singularis, vel tertius a quibus possunt con-
ueniri, & n. 33.
- 26 Fundus transit cum sua causa & onere, n. 21.

- 35 Actiones personales semper presupponunt obligacionem.
- 36 Actione nulla existente, Iudex ex officio repellere potest agentem.
- 37 Actori nostro qua remedia superfunt. & nūm. 38.
39.
- 40 Actor cui adhuc in subsidium, vel actio in factum, vel officium iudicis competit, audiendus censetur.
- 41 Actio in factum quando dari potest, & cui competit. & n. 47.
- 42 Reus noster ex aequitate quadam propter scientiam qualitatis Rei empta, Actori videtur obligatus. Imo & ex ipsius confessione, licet limitata. numero 43.
- 44 Reus argumento singularis successoris, in rem viae violentiae affectam, scientia mediante obligatur.
- 45 Actor quando non tenetur expectare damnum futurum.
- 46 Actio extraordinaria & subsidiaria in factum, quando cum officio iudicis concurrere potest.
- 48 Ad iudicis officium spectat prouidere, ne fraudes committantur.
- 49 Actor personalis in hoc casu, an detur in subsidium, contra singularem rei successorem, Doctores non conueniunt.
- 50 Reus noster, tanquam emptor, quare sit obligatus ipsi venditori. vt n. 51. 52.
- 53 Actio personalis in rem scripta sequitur possessionem.
- 54 Actio mera personalis quando dicitur.
- 55 Actio in rem scripta, quando dicatur.
- 56 Actoris intentio hic ita fundata videtur, vt onus probandi contrarium, in reum quodammodo transferat. Rationes huius quānum. 57. 58. & 60. 63. 64. 65. 66. 67.
- 59 Possessor rei obligatae conueniendus est.
- 61 Venditio sub qua conditione facta.
- 62 Dicitio vniuersalis, Beschwerden/quomodo hic intellegenda.
- 68 Propter presumptions plures concurrentes, probatio contrarii, merito in aduersariorum reiicienda videatur.

QVIA ex narratis libelli non videt, Actionem competere aduersus Reum, ideoque causim ad correferendum dedit. Nam Actor ¹ Reali, & agi non potest: Quia Reus nihil detinet, quod Actoris esset, vel, in quo Actor dominium prætenderet: ² Quod in reali actione, tanquam causa proxima, exprimentum in libello Gail. obf. 61. lib. 1. Et actione personali & agere non potest: quia inter Actorē & Reum nihil contrahit: Vnde Reus Actori non est obligatus, sed inter tertium contractus celebratus, vt inter Wolfen & Weß/te. Hinc est, quod Reus noster sit successor singularis, & contra quem actio personalis nullo modo locum habere potest. l. fin. §. fin. de contrah. empt. l. 1. §. heres ad Trebell. Ita tenet & communem dicit *Alexand. consil. 10. volum. 1. Zaf.*

consil. 12. nu. 3. & vol. 1. Cum itaque causa petendi, & siue medium concludendi in libellis exprimentum sit, vt not. int. dilecti. verb. Electio ibi Abb. de iud. Et in nostro libello aptum medium concludendi, & causa ap̄a non exprimatur, libellum hunc ut in ep̄um reiiciendum putat. Nam narratio & non proportionatur conclusioni: quod viciat libellum, per ea quae tradit Paris de Put. in tract. de Syn dic. in verb. sententia c. 4. incipi. an dictum Capitulum n. 4. fol. 409. Quia dicit se possessorem, & concludit, restitutionē dominii fieri. Imo ne cludicis officium commode Actori dati potest. Nam illud & non præsupponit obligationem l. qui per collusione de action. empt. Et constat nostro casu, inter quos contractus factus. Accedit officium iudicis, non conceditur & contra singularem successorem: Panorm. c. 1. ap̄e. n. 8. & Ripa. nu. 9. vbi dicit esse communem. deresit. spoliat. Quare non attenta litis contestatione, & quod nihil exceptum si contra libellum in specie, sed saltem dicat in genere Reus in der Widerlegung Schrift daß sich Actor nicht an mir / sonder an einem andern/ seines Schadens erholen mög. Super hoc libello nihil pronunciare, tanquam super incep. o, quod ex eo non constet, Actori actionem competere aduersus Reum. Regul. riter enim tunc libellus & inepetus dicitur, quando ex eo non concluditur ius agendi l. 2. C. de form. action. subl. ibi gloss. in verb. si apta Gail. obf. 66. n. 2. lib. 1. Cum sententia & super incepto libello lata, sit ipso iure nulla, etiam parte non opponente. c. cum dilecti de empt. & vendit. c. examinata. de iudic. Quod vsque adeo verum est, q̄ Iudex appellations & non possit talem sententia reformare: Sed necessario super nullitate pronunciare debet condemnando Actorē in expensis. Gail. obf. 66. Reum itaque ab observatione iudicis absoluere, & Actorē in expensis condemnare, reseruato eiure agendi coram ordinatione, ex alia causa, quam habere potest.

Verum cum multæ præsumptiones sint contra Reum, vt allegint ut partim in der Probationschrift/partim in der Confutationschrift & officium iudicis si latissimum & l. 1. de iuris. om. iud. & competit ex mera aequitate, vbi deficit obligatio; Bald. in l. si. §. fin autem. C. defurt. Et imploratur pro sententia ferenda pro feruitute Rei: Speculat. in tit. de primo & secundo decreto. vers. Quid sit.

Si dominus visum fuerit, hoc casu iudicis officium dare, non refragabitur. Sed hoc casu opus erit, finiungere vltiore p̄bationem: nam vltore que pro se allegat sein theilungs Zettel: Que ita sunt exhibita in Copia, vt fidem facere non possint. Et hoc casu pronunciare existimaret, vt in originali exhibeant d. Zettel & desuper fieri, quid juris.

Salvo, &c.

Aliud.

D.B. Quia super libello nihil excipitur, sed litigiosi se teneri: ad reliquum verò Actorē teneri contendit. Vnde se etiam absoluere, & decem modios frumentum.

frumenti Heribolensi, pro Actore, errore quodam solutos, restituvi libet petiit, merito dubitari potest: An non Actori Actio aliqua competit, & qualis instituta: Et can probata sit.

- 13 Et quoad primum, & quum vide ut, quod est, cui per divisionem res vel bona obuenientur: Sicut Actor de quodam Wolsffen von Rennchen filii serit debitum hoc, siue annuam pensionem, cuius nomine Actor alia quædam pensio per Leuchtenberg arrestata est, solus exoluere teneatur, neque illud in damnum coheredis sui, vel denegare, vel differre possit: Eo enim casu personalis actione & danda erat coheredi, Actori, contra alerum heredem, in mora existentem, vel renuentem, ut puta condicione ob causam, causa non secundal. vbi Bart. & Dd. communia virtusque iudic.
- 14 Vel officium iudicis. Vel condicione ex l. 2. C. de rescind vendit. Tanquam lafo & dec. pto. Schurff. consilio 66. nro. 4. vel similis: cum divisione sit instant emptionis, & permutatio quædam, Dd. in d. l. 1. Et habet vim transactionis. Marian. Socin. consilio 128. n. 118. in 1. part. Baroc. de compromissione. n. 27. verb. divisione. per l. tres fratres. de pact. Vnde & praescriptis 17 verbis & Actione copetere potest, ex theis Zettel/tanquam ex contractu innominato. Schurff. cons. 6. n. 2.

- 18 Et licet translatum sit donus in Reum, sive tertiam personam extorquate, titulo emptionis: In pari tamen & conditione quodammodo cum suo authore, siue venditore censeri debet: neminem, quod adiura dictorum bonorum, tam actionem, quam passum. Nam vbi constat, rem vel fundum certo & onere esse obligatum: Tunc etiam singularis successor conueniri poterit: cum res transeat cum suo onere, l. 1. C. de annon. & tribut. libro 10. leg. servitatem de seruit. rustic. predior. Bartol. in leg. si tertius. §. si quis prius numero quarto. de aqua plau. arcend. Iat. Ven. de annua prestat. part. 2. question. 31. numero 4. s. 6. Capoll. de seruit. verb. pred. capitulo secundo, in fin. vers. cul. teria est utilitas. Neque obstat l. fin. in fin. de contrahend. empt. vbi Emptor fundi, & non tenetur ex personali obligatione, ad præstationem frumenti, quia illa procedunt, quando promissum vel dictum erat, præstati debere ex redditibus, vel de fundo, vel ex prædiis. Quo casu non dicitur seruitus concessa, vel res obligata: Sed solum personalis actione contra assignantem competere: Et tunc alienatio fundo, non transiuit onus in singularem successorem, nec contra illum agi poterit. Ripa l. prima. §. si heres in principiis columnæ secunda, ad Trebell. Aretin. consilio 70. numero secundo. Secus, si pensio constituebatur & super talis fundo: quia tunc res dicetur obligata, & ad quemcumque fundus transit, & onus. Vener. dict. loco. Capoll. dict. cap. secundo, per tot. personali tamen actione & reguli riter non potest agi contra tertium, siue successorem singularem, d. §. si heres ibid. late Ripa. vbi tradit reg. cum 8. nullent de quo Guid Pap. decision. 576. numero 1. 2. Nisi sit legatarius, & vel donatarius hereditatis, quod est non men iuri, & sponte velut subire iudicium, ita quod non opponat, se non posse conueniri, ut leg. 2. Codic. de pact. Inuitus enim non potest cogi l. fin.

Codic. de hered. actione leg. 2. in fin. de hered. & actione venit. Guid. decision. s. 60. numero 1. & 2. Sed reali actione & ad ipsa bona agi potest, argum. leg. fin. §. fin autem auaritia. Codic. commun. de legat. de quo Bartol. in l. qui Roma. §. duo fratres. de verb. obligation. Ripa ibid. numero 85. Nimurum vel hypo. hecaria, & glossa dict. 25. §. si heres. verb. sequitur. Vel confessoria. & Vener. 26 dict. loco question quarta. Vel officio iudicis, & non quidem personali, sed quod est in rem scriptum Bartol. in dict. §. si quis prius. numero quinto. Sicut etiam personalis in rem scripta, & transit in singularem eius, cui competit, ut lex. us est in dict. §. si quis prius.

Dicuntur autem & in rem scriptæ illæ, quæ non competit alicui ex suo contractu, vel quasi, sed ex dispositione legali, vel ex facto vel delicto, occisione videlicet illius, cui competunt. Castrensis ibidem numero secundo, & Ripa in dict. §. si heres. numero 44. Vbi ex sententiâ Bartoli dicit, iudicis officium esse & in rem scriptum, quoties aequitas dictat, ut detur in successorem per leg. qui bona. §. primo, de danno infect. Vel ut ipse putat, & dici potest in rem scriptum, quando competit contra singularem possessorem; quia possidet per d. l. qui bona.

Quæ omnia tamen supra commemorata, suis casibus maxime procedere existimat, ut nimurum successor singularis, & vel tertius emperor, & conueniri possit ab illo, qui est dominus, vel possessor alicuius prædiis dominantis, & cui ex rempta, vel alio titulo acquisita pensio, vel seruitus aliqua, tanquam ex fundo seruitus debetur, ut est in hoc casu Leuchtenberg & Würzburg. Iac. Vener. d. l. quæst. 4. vel cui bona & sunt affecta, forte tanquam tributaria, pro collectis, & similibus. Berou's consilio 150. numero 14. cum seqq. volum. 3. Non autem ab extraneo, sicut video potest Actor noster, qui nihil omnino iuris in talem emptorem, vel fundum eius habet: quia ius prædiis est, l. similihi. §. fin. de seruit. rustic. pred. Et transit & fundus cum sua causa l. via. §. ifundus. eod. tit. Cui etiam recte dici possit: quod te, liberas ædes habeo, l. loci corpus. §. pen. si seru. vend. Sicut & nostro casu, vbi Reus non solum nihil Actori arrestauit, & in nihilo ipsum turbavit, sed nihil etiam ex te sua rempta eidem præstare teneatur, vnde actione aliqua realis ipsi competet.

Deinde actiones personalis & semper præsupponunt obligationem, §. 1. instit. de action. l. licet §. ea obligatio de procurat. l. vniuers. de condic. ex leg. Qualis tamen hic non reperitur, nec actione personalis fundum prosequitur. dict. l. si heres. Vnde nulla existente actione, & iudex ex officio potest agere in re pellere glossa. Dd. & Bartol. in leg. vbi pactum. Codic. de transact. Socin. consil. 255. numero 5. vers. secundo positio. volum. 2. Boer. decis. 71. num. 21. 22. E. presertim hic, vbi Actori superest aliud remedium, ut quod rectius & potest agere contra arrestantem ipsum Leuchtenb. Vel vigore der Auftrâg. Actione negatoria, & vel simili, vel etiam in Camera, super relaxatione Arresti. Quin & contra cohædem & suum 39 (cuius

(cuius nomine venditio facta est per patrem) vel cius hæredes intentare actionem potest.

Verum prædictis non obstantibus audiendum

40 Actorum censet, † vt cui adhuc in subsidium, vel actionem in factum dare possumus, vel officium

41 Iudicis. Illa enim datur, † vbi certum est, nullam competere actionem, sed æquum est dari: vt quia plurimum hic interest Actoris, vt ex diuisione æqualem possit retinere portionem, neque illa in dispendium ipsius, cum lucro alterius coheredis, vel nunc emptoris & possessoris fundi, inique grauetur: præsertim cum quota Actoris, respectu litigiosæ pensionis, semper fuerit libera: nec de contrario facto constat. Hinc & ipse Reus (licet ter-

42 tia sit persona) ex æquitate quadam † videtur obligatus eidem Actori, propter scientiam qualitatis rei emptæ, hoc est, quod dictæ pensiones semper fuerint oneratae, prout constat tam ex literis emptionis, quam utriusque partis Theissæ. Imo

43 ex ipsa confessione, † licet limitatae, Rei, qui etiam per aliquot Annos exoluit pensiones: Idque vel

44 argumento singularis successoriis, † scienter succedit, in rem, vicio violentiae affectam, qua scientia mediante obligatur, vt Ripa, post Cardinal. in dict. cap. sape numero 9. de restitut. ipsiatis. Quia igitur iam appareret, Actorum damnum debere pati

45 in futurum, † sicut & de præsenti damno agitur, non tenetur expectare illud: Petrus Imol. in titul. act. in fact. de variis figur. causarum. Quæ actio, extraor-

46 dinaria & subsidiaria, † potest aliquando concurre-

re cum officio Iudicis, quod est latissimum. Petr.

47 Jacob. ibid. verb. sententia. Et competit, † similiter, vbi æquitas suaderet, & nulla subest obligatio. c. i. 2. de offic. iudic. l. quoties. §. Pomponius. de annuis legat. Ripa d. c. sape numero nono, post Cardin. numero 3. Per quod etiam fraudi poterit occurri, vt ad quem spectat

48 prouidere, † ne fraudes committantur. argum. leg. hoc autem. in princip. si cui plusquam, per l. Falcid. Et in proposito, vt suum cuique tribuatur. Quo faciūt ea, quæ supra dicta sunt, de personali in rem scri- pta actione & de officio Iudicis, quod est in rem scriptum.

49 Nec in eo conueniunt Dd. † vt tradit Ripa. d. §. iheres. n. 23. 24. Sicut nec in hoc, an personalis actio detur in subsidium, contra singularem rei successorem, vt ibidem n. 13.

Præterea certum est, Reum, tanquam emp: o-
50 rem, † teneri ipsi venditori Caspar Wolff von
51 Renchen qui, cum fuerit † pater Coheredis, idest, Wolfgangi Wolffson prædefuncti, & sub illa qualitate scienter contraxerit: videtur, Reum similiter teneri & alteri hæredi. Idque propter vel ex-
52 pressum † vel tacitum pactum, diuisioni bonorum, vt verisimile est, adiectum, nimirum, vt Actoris, quota, in eo omnino libera, coheredis au-
tem, quoad ab antiquo obnoxia maneat, ratione der Gültform. Quemadmodum tale factum, permutatio, siue diuisione, vel ex ipsius Rei Kauffbrieff haud obscure deprehenditur. Vnde statim, etiam in ipso limine contractus, siue diuisionis, in qua datur communatio reciproca, res illa pro di-

cta Körngüst onerata (scilicet die dritthalb Eauben)

Actori quodammodo fuit affecta, tanquam ipsis hæredibus antea communis: Idque pro suo iure ac interesse: nempe, vt seruetur ista mutatio, siue transactio, fac. Bald. in l. e. l. 8. num. 18. C. de condit. ob cauf. Boer. decis. 320. n. 7. part. 2. Bart. in l. fin. in fi. de oper. nou. nunc. & Tyraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. numer. 12. 13. 129. cum seqq. vsque n. 132.

Quo pertinet & illud, quod actio † personalis, in rem scripta (qualis & nostra videri potest) le-
quatur possessionem, Tyraq. d. loco. §. 8. glossa s. nu. 8. Vel potest dici, mere personali esse † actionem, cum intenditur aduersus primum venditorem, sive hic coheredem. Et in rem scriptam esse † cu[m] intenditur aduersus tertium, cui res vendita est per d. hæredem, Tyraq. d. loco. n. 14.

An Actio probata?

Positio: o igitur, aliquam actionem dari posse, vel competere: videtur illa non quidem sufficienter probata, sed i. a tamen intentio Actoris fundata, vt † onus probandi contarium in reum quo-dammodo transferat, vt per Vasq. lib. 2. controu. illustr. c. 86. num. 8.

Arestum enim † imprimis non negatur: De-
inde, † quoad diuisionem, & bona affecta, siue onerata, primo contra Reum plurimum facit, propria illius confessio, quod illa emerit, & possideat, possessor enim † obligatae rei conueniendus est, d. l. 2. C. de hæred. action. Cum realis præstatio: vt quæ fit occasione rei, sicut census, imo Venet. d. loco. part. 1. q. 1.

Secundo: † fortiter stringit Rei Kauffbrieff vbi ea conditione venditio facta, † wie Philips von Seeldeneck selbsten besessen / sampt derselbē Beschwerden / die Käufer für sich selbsten auch abtragen sollen. Quæ vniuersalis dictio, Beschwerden / † non pro dimidio, sed pro toto: Sicut non tantu[m] de his dritthalb Eauben: sed in genere de omnibus reliquo rum bonorum, siue totius ipsius hæreditatis emptæ oneribus, intelligi debet, donec de contrario doceatur: vt idem ex altera quoque adiectione, nempe, wie Philips solches besessen (qui solidum semper exoluit, non dimidium) facile colligitur.

Terrio: † Die Verzeichnus/ per Actorum exhibita, n. 11. (Cuius manus Eberhardi von G. recongnita 6. Febr. Auno 79.)

Quarto: Altera quoque Verzeichnus/ per eundem producta, num. 16. concordat per omnia cum priori atq[ue] expresse continet, quod venditor, id est, Caspar Wolff von R. dictam annuam prætationem, ex d. bonis soluere teneatur, & huic dritthalben Eauben zugethest worden. Et hanc designationem, cum suo originali concordare, testatur Notarius subscriptus.

Quinto: † vrget etiam, præsumptio, ex modicitate precii viginis florenorum, cum Reus tamē, emptor, inde 25. plaustra lignorum, annuatim recipiat. Si enim quota hæreditaria, Actoris altera dimidia parte der Körngüst / onerari volueret, tam vili utique precio res non vendita, ciusque in d. lite-

d.literis exemptionis, etiam expresse mentio fuisset facta.

66 Sexto: † Contra Reum militat Herbipolensis Recessus, n. 13. vbi ipsi, tanquam successori, onus hoc in totum iniunctum est, licet salvo regressu contra venditionem, & quemcunque alium.

67 Septimo: † Verisimilior est Actoris Verzeichnus/num. 16. vt, quæ continet utrosque Dominos recipentes die Gült. Cum econtra, Rei Verzeichnus/litera B.num. 13. in protocollo, tantum mentionem faciat Herbipolensis, nec concordant in hac designatione die Mezen vnd Malter/ut cunque fiat computus, quoad mensuram. Ex quibus apparet, quod licet obscuritas sit in obligatione: tamen propter plures concurrentes † presumptiones: (ad quas etiam definitiue per Actorem conclusum est) probatio contrarii, merito in Reum reicienda videtur. Attento maxime, quod in Epistola ad Herbipolensem, d. numer. 13. rotunde allegat, das die Beschwerden zugleich getheilt worden: Idemque in hac lite contendit. Quare mallet ipsi Reo adhuc praesigere ex officio, terminum quatuor mensium, ad legitime docendum sein / in Gegenbericht/numero 12 angeben nimicrum, das Actor den halben Theil / der darin angezogenen vnd streitigen Körnung/ zubezahlen schuldig sub comminatione conclusionis causæ. Quo casu etiam exhibere potest den rechten Theilzettel / darauff der Cammeraht zu Würzburg Handschrift / vt ipse dicit in response ad Herbipolensem, quæ haberub sub d. num. 13. eti Reus nihil amplius probavit, condemnare illum, iuxta petitionem libelli; expensis tamen compensatis. Nec displicebit, si Domini etiam Actori iniungere velint editione sui original Theilzettels.

Quantum attinet ad petitionem in d. Gegenbericht/ quoad restitutione der zehn Malter Körns/ & relaxationem der achtzehn Mezen: quia ista reconventionem sapient, nec tamen in forma, sive per modum libelli repetuntur, possit pronunciari, wölle er Actorem deftwege Sprach vnd Forderung nicht erlassen/ das er sein Klag vorbringen mög/ das darauff ergehen soll was recht ist. Vel posset hoc silentio præteriri, donec super vltiore probatio ne partes audiantur, præmittatur solum d. interlocutoria.

D.N.N. Concludunt per omnia cum Corre ferente:

V O T V M X X X I I .

In causa S.N. contra H.V.

S V M M A R I A .

1 Appellare licet non solum à delatione, sed etiam à iuramento præstatione.

2 Contrahere volens cum alio tertio Tutori, procuratori, vel institutori nomine mentionem officij sui vel mandati facere debet, & quare.

3 Mandatum suscipiens, quando videtur actum gerere nomine mandantis.

4 Procurator, vel institutor, simpliciter cum tertio conser bens, nomine proprio presumitur fecisse: Etiam respectu ipsiusmet mandantis, si præcedens mandatum fuisset valde generale. num. 5.

5 Institutor, in dubio, proprio nomine contrahere intelligitur: Et inductio, quis semper contrahere presumitur nomine proprio, etiam in rebus alienis. num. 7.

6 Actus ab herede censetur gestus, proprio nomine, licet nomine alieno, scilicet eius, ad quem negocium spectabat, geri potuerit.

7 Institutor finito etiam officio, conueniri potest.

8 Dominus in cuius nomine agitur, quando obligetur, & institutor non, item, quando institutor taliter contrahens obligetur num. 11.

9 Argumenta huius causa, in libello Appellationis adducta qua & num. 12. 14. 16. & 19. Et quare nihil relevant, num. 11. 13. 15. 17. & 20.

10 Iuramentum, ubi cunque etiam contra semiplene probantem, est presumpcio aliqua, etiam levissima, nunquam semiplenam habenti probationem deferatur.

11 Præponens & præpositus, tanquam ambo ad idem in solidum obligati vti duo rei debendi conueniri, & iudicia cumulari possunt.

12 Creditore, vbi non potest consequi à priori conuentum totum id, quod sibi debetur, tunc de aequitate eipsummittitur finito priori iudicio, cum alio agere.

SVbmmissum ratione admissionis grauatum, quæ cum priora tantum contineant, definitiue pronunciatur.

Legitimationes iuska: Quoad appellatione, à decreto primæ instantie, 17. Decemb. Anno 61. latet, videri posset, illam desertam: cum demum appellatum sit 14. Ianuarii, anni sequentis. Verum quia non solum à delatione, † sed à præstatione etiam iuramenti, appellare licet, Myns. obf. 39. centur. 1. & 14. cent. 2.

Idque multis priuidiis confirmari possit: Cum pars iuste dubitet, vtrum aduersarius 1a le iuramentum subiturus, & an forte Iudex secundum illud, aut aliter, iudicaturus sit, præseruit cum grauamen sit irreparabile per appellatione à definitiua, secundum iuramentum latum, in quo cognoscitur, an etiam iuramentum recte delatum sit, vt in l. admonendi de iure iur. Innoc. & Dd. in cap. fin. numero 4. quod met. cauf. Abb. c. fin. in princ. numero 11. & ibi in princip. de iure iur. Ideo recte saluari potest d. appellatio.

Deinde licet in sechnda instantia desertio per Appellanitem, sitie Actorem allegata sit: Tamen & renuntiatum est exceptioni, ac protestatum saepius, de impedimentis, ac non labendis fatalibus, prout ibi moris est, ita vt nihil ista ipsum moueat.

Deueniendo itaq; ad merita, Actum ex vendito, ad precium, l. Julianus. §. Ex vendito, de act. empti: Requisita sunt, vt Röfred. ibidem.

An Probata? Sic per confessionem ad 5. & 6. de fessionalem primæ instantie, vt & per test. ad 19. interrog. confitetur Actor, ad 11. 12. 13. defensio-

nales